exprimit · Primo quippe hominī dic̃
est · Terra es et in terram ibis · Terra
ergo nomen · peccatrix gentilitas design
tur · Nam cum nullam videa se arede
ret · cōstat q̃m̃ reppba de gentilitate sen
tiret · Paulo attestante qui ait · Nos na
tura iudei · et non ex gentibus peccores ·
Adhuc ut ait · q̃nasi detonso capite
in terram corruit · q̃na videam deseres ·
Dū sacramēta sua ab eius sacerdocio ab
stulit · ad notitiam gentiū venit · Capil
los em a capite rasit · q̃na sacramenta
legis · ab illo primo suo sacerdocio sus
tulit · Et in terram corruit · q̃na salua
isse peccatoribus dedit · Dū q̃z eos qui
sibi iustos videbant deserut · hos qui
se iustos et nouerāt et fatebant assūp
sit · Hinc et ipe in euangelio dicit · Ego
in iudicio veni in hunc mundum · ut
qui non vident videant · et qui vident
ceci fiant · Hinc et in columpna nubis
que in eremo ppl̄ precedebat · splendor ig
nis · non in die q̃ in nocte radiabat ·
q̃na videlicet redemptor noster · sue
conuersationis exemplum · ducatum
sequentibus prestans · dum sua cō
fidentibus nulla luce claruit · Peccatori
vero suorum tenebris actos tenebris
ignem sui amoris infudit · Ne quod
contingere Job dicitur · mirum mens
hoc significationi redemptoris arbitr̃a
Scriptum nāq̃ est · Verbum misit do
minus in iacob · et cecidit in isr̃l · Jacob
quippe supplantator · isr̃l vir videns deū
dicitur · Et quid per iacob · nisi iudai
cus · Et quid per isr̃l · nisi gentilis ppl̄s
designatur · Q̃na iacob per carnis
mortem supplantare studuit · Ad iacob
ergo verbum missum in isr̃l cecidit ·
q̃na cum quem ad se veniente iudeus
ppl̄s respuit · hinc repente cōfitens
gentilis ppl̄s invenit · De sō quoq̃
ppō scriptū est · Cecidit super eos spūs
dūi · Recte autē vel verbum dei vel
spūs suus in scriptura sacra accipitur ·
ut inopinatus eius aduentus experi
matur · Qui em ruit vel cadit · ad
q̃na repente venit · Theodatori ergo in
terram quasi corruisse est · nullis sig
nis precurrentibus inopinate ad gen
tes venisse · Bene autem dr̃ q̃ corru
ens adorauit · Q̃na dū ipse humanitate
carnis suscepit · inse credentibus vota
q̃ salutis infudit · Sciat em quia sicut
docuit · sicuti de eius spiritu ducitur ·
Ipe spūs postulat pro nobis gemitibus
inenumerabilibus · neq̃ em impetit
quia equalis est · sed postulare dicit ·
quia minimis quos repleuerit postu
lantes facit · Q̃uinus hoc et in semet
ipo redemptor m̃r ostendit · qui pro
etiam dum passionem proximare et ex
orauit · Quid em mirum si in for
seruii exorando se patri subdidit · in
qua etiam manus pertinaciū usq̃ ad
mortis extrema tollerauit · Sequit ·
"NUDUS egressus sum de vtero ma
tris mee · nudus reuertar illuc · Re
demptoris mater · uita carnem sumā
gogia extitit · ex qua ad nos per cor
pus visibilis processit · Sed hunc
intrase legitime ultere ad operiendum te
nuit · Dum ad spiritalem eius intelli
gentiam · mentis oculos aperire ne
glexerit · Hunc quia in carne humane
corporis latentem videre deum noluit ·
quasi nuditate nudum considera
re contempsit · Sed nudus de vtero
matris exit · quia ad synagogę car
nem prodiens · conspicuus ad gentes
venit · Quod bene Joseph relicto
pallio fugiente · significatum est · Dū

enim mulier adultera male illo uti volu-
isset. relicto pallio fugit foras. Quia dū
synagoga dnm̄ purum hoīem credens.
quasi adulterino complexu constringere
voluit. Ipe tegmen littere eius oculis
reliquid. et ad cognoscendam diuini-
tatis sue potenciam. cōspiciū se genti-
bus prebuit. Unde et paulus dicit
usqz hodie dum legitur moyses. vela-
men est super cor eorum. Quia vide-
licet adultera mulier apud se ipam
palliū retinuit. et quem male tenebat.
nudū amisit. Quia ergo a synagoga
veniens. fidei gentiū conspicuus appa-
ruit. ex utero matris nudus exiuit.
Sed nūquid hanc omnimodo deserit. et
ubi est quod per ppham dicitur. Si fu-
erit numerus filiorum isrl' quasi a-
rena maris reliquie saluie fient. Ubi
quod scriptum est. Donec plenitudo
gentiū introiret. et sic omnis isrl' sal-
uus fiet. Erit ergo quandoqz conspicuus
etiam synagoge appareat. erit in fine
mundi proculdubio. quando gentis sue
reliquijs semetipm̄ sicut est deus in-
notestat. Unde et bene hic dicitur. nu-
dus reuertar illuc. Nudus quippe
ab utero matris reuertitur. cum in
mundi huius termino. is qui in seclo
factus homo despicitur. synagoge
sui oculis deus ante secula declaratur.
Sequitur. Dns dedit dns abstulit.
Sicut dno placuit ita factum est. sit
nomen dni benedictū. Redemptor
nr̄. per hoc q dns est. cum patre dat
omnia. per hoc vero q homo est. a pa-
tre accepit inter omnia. Dicat igitur
de iudea. cum expectatam incarna-
cionis eius presencia contempsisset. dns
abstulit. Data quippe est cum per qs-
dam futura credidit. Sed exigente
merito sue cecitatis ablata est. cum
credita per quosdam venerari cōtemp-
sit. In se autem credentes edoceat ut
in flagellis posita benedicere dno sciat
cum subditur. Sicut dno placuit
ita factum est. sit nomen dni bene-
dictū. Unde et teste euangelio cum
appropinquaret ad passione dicit.

Accepto pane gras egisse phibetur. Gras
itaqz agit qui flagella aliene iniquita-
tis suscipit. Et qui nil dignū percus-
sione exhibuit. humiliter in percussione
benedicit. Ut hinc videlicet ostendat.
quod unusquisqz in flagello culpe pprie
facere debeat. sub se equanimiter fla-
gella portat aliene. Ut hinc ostendat.
quid in correptione faciat. subditus
si in flagellis positus pri gras agit
equalis. Sequitur. In omnibus hijs
non peccauit Job labijs suis. neqz stul-
tum aliquid contra deum locutus est.
q nec peccasse nec stultū aliquid con-
tra deum locutus asseritur. Hoc de illo
petrus sicut etiam predixim9 aperte
testatur dicens. Qui peccatū nō fecit.
nec inuentus est in ore eius dolus.
Dolus quippe in ore. quanto apud ho-
mines prudencius callet. tanto apud
deum stulcius desipit. Paulo attes-
tante qui ait. Sapiencia huius mūdi
stulticia est apud deum. quia ergo do-
lus in ore non fuit. stultum proculdu-
bio nichil dixit. Hunc cōtra dnm̄ sa-
cerdotes et principes locutū stulte
crediderūt. cū interrogatus passionis
tempore dei se filiū testaretur. Unde
et conquirentes dicunt. quid adhuc
egem9 testibus? Ecce ipi audiuim9.
Sz contra deum stulte nichil dixit. qz
vera loquens. Hoc de se infidelibus
etiam moriendo intulit. quod paulo
post redemptis omnibz resurgendo mō-
strauit. Hec insignificacionem nri capi-
tis breuiter tractata transcurrim9. nūc
in edificacionem eius corporis. Ea mo-
raliter tractanda replicemus. Ut qd
actum foris narratur in opere. sciam9
quomodo intus agatur in mente. Na-
tum quadam die filij dei assisterent
coram dno. inter eos quoqz stetit et
sathan. Quia plerumqz bonis nris
cogitacionibz. que in corde nro aduen-
tu sti spiritus operante seminatur.
Antiquus ille callide se interserit
et subiungit inimicus. ut bene cogita-
ta perturbet male perturbata dila-
met. Sz nequaqm̄ nos in teptacione

deserit qui cauet. Nam hostem meum qui se contra nos in insidijs contexit. illustracione sui lumis nobis deprehensibilem reddit. Vide quod mox ei dicat. Unde vemus. Talludium nagz hostem requirere est. cuius nobis insidias declarare. Vt quo eo subintrare ad cor cernimus. fortis contra illum circaspectione vigilemus. Nunc respondens ait. De circuitu terram et cauere tam alps. perambulauj eam Sathane terram cauere est. carnalia corda perstruturj. et unde occasionis occasionem minime possit exquirere. Terram cauit. qua humana corda circauit. ut bona tollat. et mala mentibz inserat. Vt inserta cumulet. ut cumulata perficiat. Vt perfectus iniquitatibz ad penam sacros acquirat. Et notandu. qm non frustra lasse. sz perambulasse se asserat. qua nimirum nequaqm que temptat velociter deserit. sz ubi molle cor inuenit. ibi pedem misere persuasionis figit. Vt inorando actionis prauc vestigia imprimat. et ex sue iniquitatibus similitudine. quos valet reprobos reddat. Oz contra hunc beatus Job laudatur. et dicitur. Nunquid considerasti seruum meum Job. qm non sit ei similis super terram. Vir simplex et rectus. ac timens deum ac recedens a malo. Que dicta inspiracione contra hostem roborat hinc quasi in sathane auribus deus laudat. Laudare quippe eius est. et prius bona concedere. et post concessa custodire. Oz antiquus hostis eo contra bonos grauius seuit. quo vallari eos diuine protectionis munere conspicit. Unde et subiungens dicit. Numquid frustra Job timet deum. Nonne tu vallasti eum ac domum eius. undiquaqz substantiam eius per circuitum. Operibus manuum eius benedixisti. et possessio eius crescit in terra. Ac si aperte dicat. Cur laudas. quem protegendo roboras. Despecto enim me digitus tuus laudibus homo esset. si sub contra me vnibz staret. Unde mox et malicose de homine expetit. quod tame protector hominis benigne concedit. Nam subditur. Sed extende paululu manum tuam et tange cuncta que possidet. nisi in facie tua benedixerit tibi. Plerumqz enim dum virtutu fructus feaunde redduntur. dum cotidiana prosperitate pollemus. aliquatulum mens erigitur. ut a semetipsa sibi celestia bona que habet arbitretur. Quia nimirum bona antiquus hostis malicose actractare appetit. sz hec temptari deus non nisi digne permittit. Vt dum mens temptacione pulsante in bonis de quibz gaudebat conatitur. in bellitatis sue debilitate cognita. in spe diuini adiutorij robustius solidetur. fitqz mira dispensacione pietatis. ut unde malignus hostis cor tentat ut interimat. inde misericors conditor hoc erudiat ut uiuat. Unde et bene subiungitur. De extensione manus Extende manu tuam que habet in manu tua sunt. tantu meum non extendas manu tuam. Ac si aperte dicat. Electi omnia quibz bona. sic tibi exterius temptanda tribuo. ut tamen spe noueris. qua per seueritatem michi illum in metis radice conseruo. Unde et bene subditur. Egressus est satham a facie dni. Nunc per hoc qm vsqz ad effectum cordis prenalere nequaqm permittitur. exclusus ab intimis exterius vastat. Nunc etiam si virtutes mentis plerumqz turbat. eo ipse foris est. quo resistente deo. vsqz ad interitum bonorum corda non vulnerat. Tantu quippe contra illum seuire permittitur. in quantum necesse. ut temptacionibus erudita solidentur. Ne ea que agunt bona sub vmbris tribuant. ne securitatis torpore se deserant et a formidine actione dissoluant. Sed ad perfectus sua custodiam. tanto soller tius inuigilent. quanto se contra aduersariu stare semper in hac temptacionum vident. Cum autem quada die filij et filie eius comederent et biberent in domo. in domo fris sui primogeniti. Nuncius venit ad Job qui diceret. Boues arabant. et asine pascebant iuxta eos. et irruerunt

sabei. tulerūtq; omnia et pueros per-
cusserunt gladio. De primo genito cap.

In electorū corde prior bonorum
sequenciū sapiencia nascitur.
atq; hec per donum spūs quasi
primogenita plus profertur. Que
pfecto sapiencia. nra fides est. pphā
attestante qui ait. Nisi credideritis.
non intelligetis. Tūc enī vere ad
intelligendum sapimus. cum cūctis q̄
conditor dicit. credulitatis nre fidem
prebemus. In domo ergo fris primo-
geniti cōuiuantur filij. cum virtutes
relique epulantur in fide. Que si nō
prima in corde nro gignitur. reliq̄
queq; esse bona non possunt. eciam
si bona videantur. In domo fris primo-
geniti filij cōuiuantur. dum virtutes
nre in habitaculo fidei sacri eloquij
cibo saciantur. Scriptum quippe est.
Sine fide impossibile est placere deo.
Tūc ergo virtutes nre veras epulas
vite sumūt. cū nutriri fidei sacramen-
tis incipiūt. In domo fris primogeni-
ti cōuiuantur filij. quia nisi virtutes
relique sapiencie epulis replete. ea
que appetunt. prudenter agant. vir-
tutes esse nequaquam possunt. Sed ec-
ce bona que agimus. sapiencie epulis
fidei q; pascuntur. Hostis nr aran-
tes boues et pascentes asinas subtra-
hit et pueros gladio occidit. Quid
arantes boues? nisi grauiores no-
stras cogitacōes accipimus. Que dum
cor studiosa exercitacione conficiūt.
uberes prouectuū fructus reddunt.
Quid pascentes intelligimus asinas.
nisi simplices motus cordis? Quos
dum studiose a dupplicitatis errore
compescimus. quasi in campo libere pu-
ritatis nutrimus. Sed plerūq; hos-
tis callidus. cum graues cogitacōes
in corde conspicit. subintroducta eas
voluptatis delectacione corrūpit. Et
dum motus cordis simplices videt
subtilia inuencionū acumina ostēdit.
Et dum laus de subtilitate queritur
puritatis simplicitas amittitur. Et
siusq; ad opus prauū ptrahere non
valet. temptando tamen bonorum co-
gitacōibz subrepens nocet. ut dum
conturbare bona mentis agnoscitur.
ea quasi funditus abstulisse videatur.
Possunt eciam per arantes boues co-
gitacōes caritatis accipi. quibz pro-
desse alijs conamur. cum fraterni cor-
dis duriciā. predicando scindere cupimus.
Potest per asinas que nimirū sese ho-
nerantibus nulla ferocitatis insania
resistunt. paciencie mansuetudo signari.

Et sepe hostis. De callidouoste cap.
antiquus. cū velle prodesse nos
loquendo alijs cōspicit. in quodā
tepore ocij mentem mergit. Ut alijs
pdesse non libeat. eciam cum a pprijs
vacat. Arantes ergo boues subtrahit.
cū cogitacōes mentis fraterne vtilitatis
fructibus deditas. per submissum ne-
gligencie torporem frangit. Et quamuis
electorū corda intra archana sue cogi-
tacōis inuigilant et quid a temptatore
sustineant superantes pensant. eo tamen
ipso malignus inimicus. aliquid rapuis-
se se gaudet. quo cogitacōibz bonorum.
uel ad momentū preualeat. Sepe aūt
cum pparatam ad tolleranda mentem
videt. quid ab ea maxime diligatur ex-
quirit. et ibi scandali laqueos inserit.
ut quo magis res que diligitur eo per
eam facilius paciencia turbetur. Et
quidem electorum corda ad se semper
solliciter redeunt. et semetipsa grauiter
uel pro leui motu excessionis affligūt.
et dum mota discunt quomodo stare
debuerūt. aliquando melius concussa
solidantur. Sed antiquus hostis dum
tollerancie cogitacōnes uel ad momē-
tum turbat. quasi abstulisse se ab agro
cordis asinas exultat. In hijs autem
que agere disponimus. racionabili custo-
dia. quidq; rebus congruat sollicite
pensamus. Sz plerūq; hostis dū subbi-
ta ad nos perturbacione teptacionis
irruit. circum inspecciones cordis
inopinate pueniens. quasi ipos custo-
des pueros gladio occidit. Sz tamen
vnus fugit. qui alia perisse renūciet.
quia in eo q; mens ab hoste patitur.
racionis discripcio semper ad animū

redit · et quasi solam se euasisse indicat · que apud semetipsam fortiter quidq; pertulerit pensat. Illis ergo percussibus · vnus ad domū redit · dum turbatis mentis tentacione motibz · dissuasio ad cosciencia reuocat · ut quod repentinis mentibus preoccupata mens perdidisse se pensat · hoc compunctionis studio afflicta recapiat · Cumq; ad hunc ille loqueretur · venit alter et dixit · De igne dei.

Ignis dei cecidit de celo et tactas oues puerosq; consumpsit et effugi ego solus ut nunciarem tibi. Quid per oues · Nisi cogitacionem innocencia · Quid per oues · nisi bonorum ordinū mundicia designatur · Celum vero aereum dia · paulo ante iam diximus · videt et aues celi noiamus · Et sonus ex mundi spūs · qui de celo ethereo lapsi sunt · in hoc celi terreq; medio vagantur · Quia tanta malignis cordibz hoīm ascendere ad celestia inuident · quanto se a celestibus perclaris siue mundicia proiectos vident · Quia ergo ab aereis potestatibus · contra cogitationū nrarū munditiam flamma luceris nrruit · De celo ignis · ad oues venit · De ouibus.

Sepe em mundas mentis mee cogitaciones ardore libidinis accendūt et quasi igne oues concremant · Iu castos motus animi luxurie tentacione perturbant · Quia ignis dei dicitur · Quia et si non faciente deo tamen permittente generatur · Et quia impulsu subito ipsas nonnūq; circumspectiones mentis obruit · quasi custodes pueros gladio occidunt · Sed tamen vnus in colimis fugit · Dum enim quod mens patitur · perseuerans distinctio subtiliter respicit · Sola q; mortis periculo euadit · quia etiam perturbatis cogitationibz distinctio non succubit · Vt dampna sua animo reuocet et quasi dum ad lamentum vocet · Sed et illo adhuc loquente · venit alius et dixit · Chaldei fecerunt tres turmas · et inuaserunt camelos et tulerunt eos · necnon et pueros percusserunt gladio · et effugi ego solus ut nūciarem tibi. Quer camelos qui mundū aliquid habent dum ruminant · et mundum dum nequaq; vngulam findunt · Quorum iam dicimus · bonas rerum temporaliū dispensatores intelligi · In quibz quo est curva distensior · eo nobis multiplicius insidiatur inimicus · De omnis enim qui dispensacione.

Dispensandis terrenis rebus p sidet · occulti hostis iaculus latius patet · Nonulla em prouidens agere nititur · et sepe dum cautus futura sollicite prenidet · incautus damna presencia negligenter videt · Sepe dum aliqua torpens agit · que vigilanter agenda sunt negligit · Sepe dum plus iusto vigilantem se in actione exhibet · ipa actionis sue inquietudine rebus subditis penis nocet · Quisq; autem curis modum ponere nititur · ex onere dispensacionis exigente silere phybet · Quisq; dum nimia se censura restringit · tacet etiam que loqui debuit · Quisq; adminerenda necessaria dum se laciis relaxat · dicit etiam que loqui non debuit · Plerumq; autem tantis cogitationū voluminibz implicatur · ut ipas ferre vix valeat · que intra se prudus versat · Et cū nichil opere faciat sub magno sui cordis pondere vehementi sudat · Quia em dura sunt · que apud semetipsum intus patitur · quieto foras oculo suspirat · Plerumq; ei quasi ventura animus conspicit · tamq; contra licet intencionem prospicit · mentisq; ardor cotencionem se miscuit · sepe fit ut nox mediem vertitur · Et cū quieta foris membra lectulus teneat · intus magnis clamoribz in cordis foro litigatur · Et fit plerumq; ut mille venant · que prudenter tota q; illa cogitacio que deum se plena intencione parauerat · repente vacua quiescat · De recta mente Capitū.

Quanto autem mens longius a necessariis cessat · quanto iam a lacrimis cogitat · Qui ut dispensatoris curas · malugm spūs mod torpenti uel precipitata actione ferimus · quod pigra uel immoderata locutione confundimus · Bene semper autem nimis cogitationū motibus

premit. Tribus turmis chaldei camelos rapuit. quasi enim tres turmas cont camelos facere est. terrenarū dispensationū studia. modo illicito opere. modo superflua locatione. modo mordinata cogitatione vastare. Vt dum se ad aīm instranda exterius mens efficaciter extendere nītt. a sui cōsideratione separetur. Et eo dampna que de semetipsa patitur nesciat. quo ergo aliena forciori studio q̄m decet elaborat. Recte autē mens tu tuas dispensatoris suscepit. quid sibi. quid proximus debeat attendit. Et nec per alienę sollicitudinis moderatione sua studia neglexit. nec per sue vtilitatis vigilantiam aliena postponit. Sed tamen plerūq; dum mentis mens solerter invigilat. dum magnis ertia se et ea que sibi cōmissa sunt circūspectionibz vacat. Repentino turbatam aūlibz causę. emergentis articula. ita ut in precipitū rapitur ut ab ea subito cuncte circūspectiones eā obruant. Vnde et custodes camelorū pueros. chaldei gladio ferunt. ſz ty vnus redit. qua inter hec disactoris vacuo mentis mee oculis occurrit et sollicita sibimet ait. quid subito impulso temptationis intrinsecus amittat intellexit. Loquebat ille. et ecce alius intrauit et dixit. Filiis tuis et filiabus vescentibz z bibentibz in vnum in domo fris sui primogenit. repente ventus vehemens irruit a regione deserti. et concussit quatuor angulos domus. que corruens oppressit liberos tuos. et mortui sunt. et effugi ego solus ut nunciarem tibi. Cecidit supra iam dicta. Regio deserti est immundorū spirituū multitudo derelicta. que dum conditoris sui beatitudine deseruit. quasi manum cultoris amisit. Ea qua ventus vehemens venit et domū subruit. qua ab immundis spiritibus fortis temptatio subruit. et tranquillitatis sue statu conscientiam subuertit. De vij. vir. Per quatuor angulos dom̄ hec tuas subsistit. qua mentem solidum metis mee edificium. prudentia. temperantia. fortitudo. iustitia sustinet. In quatuor domus ista subsistit. qua in his q̄tuor virtutibz tota bona operis structura consurgit. Vnde et quatuor paradisi flumina. terram irrigant. qz dum his quatuor virtutibz cor infunditur ab omni desideriorū carnaliū estu temperatur. Sed nonnūq̄m dum mentis ignauia subripit. prudentia fugerit. Nam cum torpet fessa ventura non prudet. Nonnūq̄m dū nonulla mentis delectatio subripit. temperantia ima marcescit. Et quanto enim ad delectationem presentium ducam. tanto minus abstinentię temperam. Nonnūq̄m se timor cordi insinuat. et viros mentis fortitudinis turbat. Et eo minores contra aduersa existimus. quo quedam perdere immoderatius dilecta formidam. Nonnūq̄m ded amor suus se menti inferit. et inq; latenti motu a rectitudine iustitie deuertit. et quo se totam auctori vedere neglexit. eo in se iustitie iuri contradixit. Ventus ergo vehemens quatuor angulos domus concutit. dum fortis temptatio occultis motibz q̄tuor virtutes quatit. Et quasi quassatis angulis domus euertitur. dum pulsatis virtutibz cōscientia turbatur. Intra hos autem quatuor domus angulos filij cōtinentur. qua mentis artissima mentis. que principaliter his q̄tuor virtutibz ad summe rectitudinis culmen erigitur. virtutes retere ipsi quadam cordis sobules. se invicem pascunt. Dum quippe prius. quod in subiecta mente ante alia. prudentia. temperantia. fortitudinem. iustitiam formant. eandem mentem ut contra singula queq; temptamenta erudiat. in septem mox virtutibus temperat. Et contra stulticiam. sapientiam. contra ebitudinem. intellectum. Contra precipitationem. consilium. Contra timorem. fortitudinem. Contra ignorantia. sciencia. Contra duritiam. pietatem. Contra superbia. de timore.

Sed nōnūqm̄ dum mens nra tanta mu-
neris plenitudine. atq; vbertate fulcitur.
si continua in hijs securitate perfruitur.
a quo sibi hec sint obnunciatur. si que
a se putat habere. quod nūqm̄ sibi ab ee
conspiciat. Vnde fit ut aliquando se hec
eadem ip̄a. virtutes subtrahat. et presum-
ti mentis q̄ntum in se infirmetur osten-
dat. Tuc enim vere cognoscim9 bona
nra vnde sint. q̄nd hec quasi amitte-
do sentim9. qua a nobis seruare no pos-
sumus. Ad hoc utq; mtimande humilita-
tis magisteriu. fit plerumq; ut irruente
articulo temptacionis. tanta stultitia
sapientiam mam feriat. ut tu turbata
mens. qualiter malus imminentibz obui-
et. ul contra temptacionem. quomodo se
preparet ignoret. Sed hec ipa stultitia
cor prudenter erudit. qua vnde ad mo-
mentum desipit. eo post verius quod
et humilius sapit. et sapientia vnde
quasi amittitur inde certius possidetur.

Aliquando dum sub- De discretione
limia intelligendo in elatione se
animus erigit. in rebus ymis
et vilibus. ip̄a cecitudine pstrestit.
ut repente sibi eam ymā clausa
videat qui per me summa penetrabat.
Sed hec ipa cecitudo intellectum nob̄
dum subtrahit seruat. qua dum ad
momentu cor humiliat. verius ad sub-
lima intelligenda cōfirmat. Aliquando
dum tuta nos agere consilij grauita-
te gaudem9 pulsante cause emergetis
articulo. precipitacione subita rapim̄.
Et qui nos semper dispōsite vixisse c-
didim9. repente mtma cōfusione
vastam̄. Sed tamen eiusdem cōfu-
sionis eruditione discimus. ne mris
vmbris consilia nra tribuam9. Et
tanto maturius ad grauitate vestigi-
mur. quanto ad hanc quasi amissam
videmus. Aliquando dum mens
fortiter aduersa contepnit. suboztis
aduersitatis euentibus. hanc metus
vehemens peruasit. Sed per hanc
occasa discit au tribuat. quod in ꝙb9-
dam fortiter stetit. Et tanto post pu-
dius fortitudinem retinet. quanto hac
repente irruente fortitudine sibi ia
quasi elapsam vident. Aliquando dum
magna nob̄ scire gaudem9. repentine
ignorantie cecitate torpescim9. Sed quo
ignorantia mentis oculus ad momen-
tum claditur. eo post ad scientia ver9
aperitur. ut mmorum flagello siue
cecitatis eruditus et stre ipm̄ a quo
habeat sciat. De contradictione virtutum.

Aliquando dum religiose. vtilia
tuta dispōmus. dum pietatis
viscera plene nos habere gratu-
lamur. Quadam mentis duricia ir-
ruente pertimus. z quasi obdurati
cognoscim9. au pietatis habita bona
tribuam9. et pietas veruis velud ex-
tincta recipitur. Dum quasi amissa
amplius amatur. Aliquando du subiec-
tum se diuine formidini animo quidz.
repente superbia tptante rigescit. Oz
tamen valde mox timens. quia non
timet. ad humilitatem se iterum festi-
nus inflectit. et tanto hanc solidius
recapit. q̄nto eius virtutis pondus
quasi amittendo pensauit. Inuersa
igitur domo moriuntur filij. qua t̄-
bata intemptacione constantia. ad vi-
litatem ip̄e agnicois raptim et imo-
meto temporis obruūtur. genite in
corde virtutes. Cum pfecto filij intus
per spm viuūt. dum exterius carne
moriuntur. Quia videlicet virtutes
nre tēptacois tempore. et si in mo-
mento turbate. ab statu siue incolo-
mitate deficiunt. per mtenacois tamē
perseuerantiam. integre in metis
radice persistunt. Cum quibus enā
tes sorores occumbūt. qua mente
nōnūqm̄ per flagella turbatur. ca-
ritas. per formidinem concutitur
spes. per questiones pulsatur fides.
Sepe enim quasi a conditore amore
torpescim9. dum vlt̄ q̄m̄ nobis con-
gruere credim9. flagello fatigamur.
Sepe dum plus q̄m̄ nre est. mens
formidat. fiduciam sibi met spei de-
bilitat. Sepe dum imensis ag̃tionibz
animo tenditur. perturbata fides
quasi defectura fatigatur. Sed tam
viuut filie. que in domo cōcussa amo-
riūtur. qua et si intra conscientia
spem. fidem. caritatemq; pene oīb̄

perturbatio ipsa renunciat. Has tamē
ante deū oculos vitas perseuerantia
recte intentionis seruat. Vnde
et puer qui hec nunciet solus euadit.
quia mentis dissensio eam inter
temptamenta incolomis permanet.
Vigilatq; puer ut Job filios flendo re-
paret. Dum distinctione munditie.
dolens animo vires quas quasi a-
mittere ceperat. penitendo conseruat.
Diuina aut hoc nobiscum dispensatione
agitur. ut mens nra culpe nō mucq
pulsatione feriatur. Nam esse se
magnarū virtū homo crederet. si
nullum umq̄ earundem virtū defec-
tum intra mentis archana sentiret.
Sed dum temptatione irruente quā-
titur. et quasi vltra q̄m sufficiat fa-
tigatur. ex contra hostis sui insidias
nūm metū humilitatis ostenditur.
et vnde se pertimescit enerviter cade-
re. inde accipit fortiter stare. Temp-
tatus autem. non solum vires a quo
accipiat discit. sed quanta eius
vigilancia seruet intellegit. Sepe
enim quem temptationis certamē su-
perare non valuit. sua deinceps se-
curitas seruauit. Nam dum lapsum
se quisq; mōco vementi dissolutam
mentem corruptori prebuit. At si
eum ex dispensatione superne pietatis
temptatio non repente vehemēter ir-
ruens. sed temperato accessu erudi-
ens pulsat. nimirum ad insidias
prouidendas eligilat. ut contra hostem
se interni certaminis cautius accingat. Vñ
et bene subiungit. Et nunc surrexit
Job. Cedere enim quiescentis est. at
surgere decertantis. Auditus ergo
aduersis surgere est. experius temp-
tationibz etiam distinctio proficit mē-
tem ad certamina robustius parare.
Quibz nimirū temptationibz etiam
distinctio proficit. qua ut virtutes
a vicijs subtilius discernat agnoscit. Vnde et bene subiungitur.

Scidit vestimenta sua. De custodia uestimentorum cū ametodie
Vestimenta sentium cū ametodie
discernēdo mra opera retracta

mus. Si enim apud deum nos nra opa
quasi vestimenta non tegerent. neq;
q̄m voce anglica dicerētur. Beatus
qui vigilat et custodit vestimenta sua
ne nudus ambulet. et videant tur-
pitudinem eius. Turpitudo etenim ma
tūc cernit. cū vita reprehensibilis an
te iustorū oculos in iudicio. neq;q̄m sibi
sequentis bonum operis testimonio velat.
Ex qua cum culpa temptamur ad la-
menta accendimur. atq; ipis lametis
excitati. ad perspiciendam lucem iusti-
cie. subtilius oculos mentis aperimus.
Quasi indumenta vestimenta scindimus.
qua exfletu distinctione crescente cū
cta que agim⁹. districtius rimata ma
nu uidemus. Cur ors nra elatio
corruit. cur cuncta ab animo cogitatio
nū superfluitas cadit. Vnde et subdit.
Et tonso capite terram uersus ad-
oravit. De cogitatione nulla capillus.
Numquid mozaliter per capillos.
nisi defluentis animi cogitationes
accipimus. Vnde et alias dicit
dicitur. Sicut vitta coccinea labia
tua et eloquium tuū dulce. Vitta quippe
crines capitis astringit. Labia ergo
pone sicut vittas sunt. qr exortationem
sue cedis. cuncte maledictorum motibz
diffuse cogitationes ligantur. ne re-
missa defluant. ne sese per illicita
spargant. ne sparse cordis oculos de-
primant. si quasi se ad vana intenti
nem colligant. Dum vitta eas sue
predicationis ligat. Quia recte et coti-
neam asserit. qua sorte predicatio.
solo caritatis amore flammescit. Cō
vero per capud. nisi ea que principa-
lis est. vnius quisq; actionis mens
ipa designatur. Vnde et alias dicit. Et
oleum de capite tuo non deficiet. Oleū
quippe est caritas in mente. Et oleū
a capite deficit. cum caritas a mente
discedit. Capud ergo detondere est.
cogitationes superfluas a mente resecare. Et detonso capite in terra corru-
it. quia repressus psumptionis siue cogitatio-
nibus. q̄m in semetipso infirmum sit humili

agnoscat. De superbia bn̄ viuentium

Difficile namq; est magna agere. et apud semetipm̄ quempiam de magnis actibus cogitacionum fiduciam non habere. Eo ipso enim quo contra vicia fortiter viuitur. cogitacionū presumpcio in corde generat. Et cum mens foras culpas valenter conterit. plerumq; apud semetipam latenter intumescit. Iam se ee magni alicuius meriti estimat. nec se peccare in cogitacione sue estimacionis putat. Ante districti autē iudicis oculos. tanto deterius delinquitur. quanto culpa quo occulcius eo pene incorrigibiliter perpetratur. et tanto ad uorandum latius patet fouea. quanto de semetipa latius gl'atur vita. Unde et ut sepe iam diximus pia conditoris dispensacione agitur. ut de se cōfidens anima dispensatoria tēptacione pulsetur. quatenus infirma quantū sit inueniat. et presumpcionis ppe fastum deponat. Mox enim ut temptacio mentem pulsauerit. omnis cogitacionū nrarū presumpcio tumultusq; conquiescit. Mens enim cum se melacione erigit. quasi in tyrannidem erumpit. Habet autē tyrannidis sue satellites. fauentes sibimet cogitaciones suas. Sz si super tyrannum hostes irruant. fauor mox satellitū cessat. Intrante namq; aduersario. satellites fugiunt. eumq; territi declinant. quem in pace positi callida adulacione laudabant. Subductis vero satellibus. ante hostem solus remanet. Quia recedentibus elatis cogitacionibz. perturbatus animus se solummodo et tēptacionem videt. Auditis ergo aduersis. capud detonditur. cū temptacionibus vehementer irruentibus a preruptionis sue cogitacionibz mens nudatur. De capillis nutricione

Quid est enim q nazarei capillos nutriunt. nisi q per vitam magne cōtinencie. presumpcionū cogitaciones crescunt. Sed quid est q deuocione completa. capud nazarei radere. Capillosq; mignem sacrificij ponere iubet. nisi q tūc ad perfeccionis summā pertingimus. cū sic exteriora vicia vincimus. ut etiam cogitaciones superfluas de mente resecemus. Quas nimirū sacrificij igne cōcremare est. flāma eis diuini amoris accendere. vt totum cor in die amore ardeat. et cogitaciones superfluas cōcremans. quasi nazarei capillos deuocionis perfeccione consumat. Et notandū q in terram corruens adorauit. Ille enim veram oracionē deo exhibet. qui semetipm̄ quia pulius sit humiliter videt. quia nichil sibi virtutis tribuit. qui bona que agit esse de mīa conditoris agnoscit. Unde et competenter dicitur. Nudus egressus sum de vtero matris mee. nudus reuertar illuc. Ac si temptatus animus et infirmitatis sue inopia deprehensus dicat. Nudū me in fide prima gra genuit. nudū eadem gra in assumpcionem saluabit. Est namq; magnum animi turbati solacium. ut pulsatus a viciis. cū se quasi nudari virtutibus conspicit. ad solaminis spem recurrat. et eo se nudari non sinat quo se a virtutibus humiliter nudū putat. Qui et si fortasse aliqua virtute in tēptacione detegitur. infirmitatem tamē ppiam agnoscens. ipsa melius humilitate vestitur. et valde robustius quam steterat iacet. cum sibi sine diuino adiutorio cessat tribuere quod habet. Unde et manū mox largitoris et iudicis humiliter agnoscit dicens. Dns dedit. dns abstulit. Ecce tēptacionibus eruditus creuit. qui et in virtute habita. largitatem dantis. et in turbacione fortitudinis potestates tollentis agnoscit. Que tamē fortitudo. nō tollitur. sz perturbata fatigatur. quatenus cōcussa mens. dum se hanc iā iamq; quasi amittere trepidat. semp facta humilis nunquam perdat. Sicut domino placuit. ita factum est. sit nomen dni benedictū. In hoc quod in terra perturbacione cōcutimur. Dignū est. ut ad cōditoris iudiciū

ueaurram⁹. ut nde cor m̄m adiutorio
suo maiores laudes exhibeat. Vnde
pulsatum verum mbetallitate sue
infirmitatis pensat. Bene aut dr̄
n̄ omnibus hijs non peccauit Job.
labijs suis. nec stultum aliquid cō
tra deum locutus est. De dolenti dño

Via sollerti cura custodiri dolēs
amnio debet. ne cum se mtg
teptacio simulat verbis foras
ruinte loquacis erumpat. Nec de p
pacione murmuret. et utmis qui hūc
velut aurū cōcremat. per excessum
sermonis illicita. in pallee fauillam
uertat. Nil vero obstat. si hoc quod
de virtutibz dicem⁹. de hijs que in
ostensione virtutis dant. Nomis sū
spūs retineam⁹ Alij namq; pphee.
alij ḡnera linguarū. alij virtutes
curacionū dant. Qz quia hec ipa
dona non semp̄ mente eodem mo
quodo ostenditur ut ne se mens in
presumpcione eleuet. aliquādo sub
tiliter subtrahitur Nam si pphee
spūs pphetis semp adēt. minurum
heliseus pphā non diceret. Dimitte
eam. anā enim eius in amaritudine
est. et dns celauit a me verbū. Si
pphee spūs pphetis semper adesset.
Inquisitus amos pphā. non diceret.
non sum pphā. Vbi et subditur. neq;
filius pphe. sz puer armentarius e
go sum. nel luscus sicomoros. Qm̄
autem pphā non fuit. qui de futuris
tot vera predixit. aut quo pphā fit
si de se m presenti vera denegauit.
Qz qui eadem hora qua requisitus e
pphee spūm sibi de ce sensit. de sem
ipo testimoniū veraciter intulit dicēs.
Non sum pphā. qui tamen scientiā
adiūxit. et mit audi verbum dni.
Hec dicit dns. Pro tua mansuetate
formabitur. et filij tui et filie tue
gladio cadent. et humus tua fu
nāulo metietur. et tu m terra polluta
morieris. Quibz pphee verbis a
perte ostenditur. quia dūdese lla
loqueretur impletus est et mox pphe
tarū habere spūm meruit. qua sep
phetam non esse humiliter agnouit. Et
pphee spūs pphetis semper adesset.
Quod rex de templi se constructione cō
sulenti. negligm̄ nathan pphā cōcedet.
quod post paulum negauet. Vnde be
ne et in euangelio scriptum e. Super
quē videris spm̄ meum descendēte et
manente super eum. hic est qui bapti
zat. In cūctis nāq; fidelibz spūs ue
nit. sed in solo mediatore semp singu
lariter permanet. qua eius humanita
tem nūqm̄ deseruit. ex qua diuinitate
pcedit. In illo utiq; manet. qui solus
et omnia et semp potest. Nam fideles
qui hūc acceperūt. cum signorū dona
habere. semper ut volunt non possunt.
Unde se accepisse quasi mnūsitus osten
sione testantur. Sed cum rursum de
eodem spūtu veritatis ore discipulis
dicatur. apud vos manebit. et in vobis
erit. Quid est quod diuina voce me
diatoris signum. hec eadem sci spūs
mansio declaratur. cum dr̄. Super
quem videris spm̄ descendentem et ma
nentem super eum. Cui igitur inuicta
magistri vocem. et in discipulis ma
nēt. quomodo singulare iam signū
erit. qm̄ mediatore permanet. Quod
tamen a ceris cognoscim⁹. si dona eius
dem spūtus disserna⁹. De domo dei

Hec namq; sunt dona illius. Hec
sine quibz ad vitam nequaq̄m p
tingitur. alia quibz vite sanctas
pro aliorum utilitate declaratur. Ha
suetudo. namq; humilitas. patientia
fides. spes caritas dona eius sunt. Et
ea sine quibz ad vitam hōnes perue
nire nequaq̄m possint. Prophee
autē virtus. curacio. genera lingua
rum. interpretacio sermonū. dona ea
sunt. Sed virtutes eius presentiam
pro correctione intuentium ostendūt.
In hijs igitur dnis. sine quibz ad vitā
peruenīri non potest. spūs sancti sue
in predicatoribus suis. sine electis
omnibus semper manet. In illis autē
quibus per ostensione alius nō ira

vita seruatur · ꝫ aliorum queritur · neqꝫ
semper in predicatoribz permanet · qꝫ
semper quidem eorum cordibus ad be-
ne viuendum presidet · Nec tamen per
eos virtutum signa · semper ostendit ·
ꝫ aliquãdo se eis a signoz ostensionibz
subtrahit · ut eo humilius virtutes
eius habeantur · quo habite tenere nõ
possint · Mediator aũt dei et hominũ ·
homo xpũs ihus · in ãctis eius et
semper · et continue habet presentem ·
qua et ex illo idem spũs per substã-
tiam profertur · Recte ergo et ãi in
sãctis predicatoribus maneat · i media-
tore singulariter manere perhibetur ·
Quia ẽt in istis per gram maneat
ad aliquid · in illo autem per substan-
tiam manet ad ãcta · De quinqz sensibz

Sicut em corpus trm sensum ta-
ctumodo tactus agnoscit · capud
aut corporis vsum simul om-
nium sensuum possidet ut videat · au-
diat · gustet · odoret · tangat · ita mẽ-
bra superna capitis · in quibzdam
virtutibz emicant xpm vero capud
in ãctis virtutibus flagrat · Ihs simi-
liter ergo spus in illo manet · a
quo per naturam migrare recedit · Do-
na vero eius · quibz ad vitam tendit ·
sine periculo amitti non possunt · Do-
na autem quibus vite sanctitas de-
monstratur · plerumqz ut dictũ est ·
sine dispendio subtrahuntur · Illa
ergo pro ma eruditione tenenda sũt ·
Hec aliens profectibz exquirenda ·
In illis nos terreat formido ne pe-
reant · in istis vero ad tempus alie-
quando sublatis consoletur humilitas ·
qua ad elationem metem fortasse sub-
leuant · Cum igit ãcte concessa nobis
virtutũ signa subtrahunt · dicat ãcte rec-
te · Dns dedit · Dns abstulit · sicut
Dño placuit ita factum est · sit no-
men dni benedictum · Cunctem
vere ostẽdimꝰ qua accepta recte te-
nuimꝰ · cum profecto equanimiter
ad momentũ sublata tolleramus dm ·

Explicit liber Secundus Job ·

Incipiunt Capitula libri Tertij

De tenebris formidatione ·
Non pertimuit Job ·
De modis consolationis ·
De recte offerre ·
De negligentia in disceptatione ·
De peruersis actibus ·
De persecutoribus carnalibus ·
De Bello tribulatione sanctorũ ·
De imensa visitera caritatis ·
De persecutione sanctorum
De sacrata loquacitatis fine vsq; tri-
De pluere sparsa in celo super capita ·
De altari de terra facere deo ·
De contumelijs hereticoz ad scos ·
De censura regule districtionis ·
De humilitate mentis ·
De diuersitate viarum ·
De consideratione prie infirmitatis ·
De spali temptatione sororum ·
De vicijs sub specie virtutum ·
De signis virtutum ·
De vicijs conuertentibus in virtutes ·

Explicũt Capitula libri Job
Tertij · Incipit liber Tertius ·

Egius Job ad
mortem tempta-
tus · tentatio ad
vitam aduit
ex uerbere et
antiquus hostis
unde se bonae
estimauit exsti-
tisse · inde do-
luit multiplicasse ·

Sed qua primo certamine se succu-
buisse cõsiderat · ad alia se temptatio-
nũ bella restaurat · Et de sancto vi-
ro mala adhuc imprudenter sperat ·
Quia bona malus credere non potest
uel experta · Ea autem que in prima
eius percussione prmissa sunt · recte
subnectitur cum dicitur · Factum ẽ
cum quadam die · venissent filij dei
ut assisterent coram dño · Venisset qꝫ
sathan inter eos · et staret in cõspectu

eius. ut diceret dñs ad sathan. Unde venis? Qui respondens ait. Circuiui terram et perambulaui eam. et dixit dominꝰ ad sathan. nūquid considerasti seruū meum Job. q̄ non sit ei similis in terra. homo simplex et rectus ac timens deum et recedens a malo. Licet quia latius supra disseruimꝰ meius silendo pterimꝰ. Ne dum primis diffusa repetimꝰ tardius ad nīdistussa ueniamꝰ. Ueniuꝰ hoc quod pōit dñs ad sathan dīc. Unde uenis. Respōdit estimo. q̄ ei ut primus dicitur. Cui eū ab eo certamine. in quo relaxatus fuerat uictus redit. et unde uenit requiritur. qui uide uenat satur. Quid aliud nisi infirmitas superbie eius increpatur. Ac si ei aperte diuina uox dicat. Exue ab ypo et infirma carne posito hoc uincere. qui te contra me auctorem omnium erigere conaris. Unde mox dñs. cum uti Job bona sicut primus dixerat. Hec ei uictoria et triūphis enumerabat aduīs. Et adhuc retinens innocentiā sua. Ac si ei aperte dicat. Tu quidem exercausa malignam. sz ille innocentiā non amisit. Et unde te estimasti pnectum eius diminuere. inde cōpulsus es eius prouectu deseruire. q̄ metis innocentiam quā gloriose temumtiquillitate. gloriosius seruabit in uerbere. Sequitur. Tu autē cōmouisti me aduersus eum. ut affligerem illum frustra. Cum sit deus iustus et uerax. ualde querendum est. quo uiū Job frustra afflixisse mdicat. Quia enim iustus est. afflige frustra non potuit. sz rursum quia uerax est. aliter non potuit dixisse qui fecit. Ut ergo iusto et uera uitraq; conuenant. quatenꝰ et uera dicat. et iniusta non faciat. Cognoscamꝰ uiū Job. et iuxta aliquid frustra. et rursum iuxta aliquid non frustra pertussum. Quia enim iustus et uerax. hec de semetipso asserit ostendamus lexetitisse quod dixit. et rectum fuisse quod fecit. Necesse quippe erat ut suus uir deo soli sibiq; cognitus. quanta uirtute polleret. ut admirandum cūctis

et vñ

motesceret. Aperta namq; aliis uirtutis exempla non daret. si ipse sine temptacione permaneret. Actum ergo est ut uires eius cūctis imitandas ipsa uis pertussionis ostenderet. et flagella prodessent. quod intranquillitate latuisset. sz ex eisdem flagellis creuit uirtus patiencie. atq; ex dulcore uerbis aucta est gloria remuneratoris. Ut ergo mdico dñi ueritas. rectitudo aut dñi teneatur infacto. Beatus Job non frustra pertuitur. qua augetur meritū. et tamen frustra pertuitur quia nullum puntur admissum. Frustra enim pertussus est. cui culpa nulla reditur. et non frustra pertussus est. cui uirtutis meritum cumulatur. Sed quid est quod dicitur. Cōmouisti me. Numquid sathane uerbis ueritas accenditur. Ut in subditorum suorum animatibus instigetur. Quis enim de deo senserit. que recto etiam hominis malignia pendit. Sz quia nos ferire nisi cōmoti nescimꝰ. ipsa diuina uox ostenditur. ut eius factum ab homine ut tumq; putatur. Illa enim uis que absq; necessitate oīa creauit. et sine defectu oībus psidet. et sine labore oīa sustentat. et sine occupacione regit. etiam sine cōmocione corrigit. Cuncta humanas mentes ad ea que uoluerit flagellis formet. ut mdiuersitatis umbram a sue immutabilitatis luce non transeat. Sequit. Respondens sathan ait. Pellem p pelle. et cūcta que habet homo dabit pro anima sua. Uiquin mitte manum tuam. et tange os eius et carnem. et tūc uidebis q̄ in facie benedixerit tibi. Antiquus hostis ex rebus exterioribus colligit. qd beato uiro ad mentis crimen influxit. Pellem enim pro pelle dari asserit. quia sepe dum uenire ictum contra facie cernimꝰ. manū palpebris opponimꝰ ut abictu oculos defendamꝰ. Et corpus uolneri obicimꝰ ne in corpore teneriore uolneremur. Sathan ergo hec cōsuete fieri stiens dicit. pellem p pelle. et cūcta que habet homo dabit pro anima sua. Ac si aperte dicat. Idcirco Job extra se flagella equanimiter patitur.

qua pauet ne feriatur · Cura enī ait mēs ē
ꝑ damno affectuum mr̄ialium mot⁹
non est · Anima dum sibimetipi metuit ·
mmus suoꝝ ꝑaussionē sentit · Vnde
et mox eius carnem feriendam postu-
lat dicens · ajute manum tuam et tāge
os eius et carnem · et tūc videbis q̄m
faciem benedicat tibi · Superius iam
dixerat · tange cūcta que possidet · et
tūc videbis q̄m faciem benedicat tibi ·
Nūc quasi priores ꝓfessiones oblitus
factus de aliis alia postulat · Quod ta-
men recte diuina dispensatione permit-
titur · quatenꝰ altrator impudens · ul'
sepe victus obmutescat · Sequitur · Dixit
ergo dns ad sathan · Ecce in manu tua
est · verūtamen animam illius serua ·
re iterum permissionem verberis · co
mitatu custodia protectionis · Et e
lectum suum diuina dispensatione
custodiendo deserit · deserendo custodit ·
Alia illius prodit · alia protexit · Ea
enim totum Job deseruisset · in manu
tanti aduersarij quid esset · In ipa er
go iustitia permissionis misitur que
dam libera pietatis · Quatenꝰ in uno
eodemq; certamine et seruus humilis ex
oppressione ꝓficiat · et hostis superbie
ex permissione sucumbat · In manu ita
q; aduersarij suis vñ traditur · ꝙ ty
mintimus adiutoris sui manu retine
tur · De illis quippe omnibus fiunt · De
quibz mercamurio veritas dicat · Non
rapiet eas quisquiam de manu mea ·
ettamen expetenti hosti dr̄ · Ecce in ma
nu tua est · Eadem ergo in manus de-
eadem est in manu diaboli · Nam di
cens in manu tua est · cum protinꝰ ad
iūgit · Verūtamen animam illius serua ·
Patenter pius adiutor innotuit quia
tenuit quem concessit · Et dando no
uit · que aduersarij sui iaculis eri
ens abstondit · Quid est autem quod
ad sathan dr̄ anima illius serua ·
quo enim pacto ille custodit quia cu-
stodita semper irrumpere appetit · Sed
seruare sathan dr̄ · irrumpere no au-
dere · Sicut econtra prem in oratione
postulamus dicentes · Et ne nos indu-
cas in temptationē · Neq; enim tempt-
tatione diabolus inducit qui semp a temp-
tatione subditos misericorditer protegit · Ex
tamen in temptatione quasi eius indu-
cere est · a temptationis nos illecebra
non immunire · Et tūc nos in temptatoris
laqueo non inducit · cum tentare vi-
ctū nos possumq; non permittit · Quid
ergo deus inducit nos in temptationē dr̄ ·
si nos ab aduersario inducia patratur ·
Ita aduersarius seruare animam dicitur ·
Dum hāc temptando superare prohibet ·
Sequitur · Egressus igitur sathan
a facie dni · Quo sathan a facie dni
exeat · ea iam que superius gesta
sunt dicta manifestant · Sequit · Per-
cussit Job ulcere pessimo a planta pe-
dis usq; ad verticem eius · Quibz si
modis flagella pensanda sunt · ut
scilicet ꝑpendant aut qualia sint aut
quanta · Nam sepe mita ex qualita-
te sepe grauia ex quantitate leuiant ·
Ex videlicet cum mita sunt non sint gra-
uia · Cum vero grauia non sint mi-
ta · Vt igitur ostendat quo per aspe-
ritate flagelli · aduersarius contra stā
uirum per nequitia qualitatis · sed e-
tiam per ponderis quantitatis exarsit ·
Ad demonstrandam qualitate dr̄ · Per-
cussit ulcere pessimo · Ad insinuan-
dam uero quantitatem subiungitur · A
planta pedis usq; ad verticem · Vt
mirum mi mente vacet a cogitatione · mi
cui corpore mi vacat a pena · Testa ·
Qui testa sanies radebat · sedens
in sterquilinio · Unde testa · nisi ex
luto conficitur · Quid vero est sanies
corporis nisi lutum · Ganiem ergo
radere testa phibet · Sic si aperte dicat ·
Luto terrebat lutum · Pensabat ui-
cia · Unde suptus fuerit quod testa-
bat · et fragmento vasis fictilis · con-
fracto vas fictile radebat · Quo fro
patenter ostendit · Corpus suum quo
sibi sanies subdidit · Ecce et percussum
sit despiciens arguit · Quia ille mal
uacem sanie sue carne concessit · Qui
non veste · non digito · sed testam eam
uulneribz admouit · Testa ergo radi
bat sanies · ut semetipm et infir-
mitatem cōsiderans etiā de exterioꝝ

homo

quisquā

volneris sumeret curam mentis. Qua vero sepe per ea que circa corpus sunt animus inflatur. et per hoc quod ergo nos agitur. fragilitas mi corporis ab oculis cordis amouetur. Quod nonnulli seculares cum temporalibz dignitatibz fulciuntur. Dum loas alacribus president. Dum multorum obsequia sibi suppetere ad votum vident. fragilitatem suam minuere negligunt. Et vas ad testant fictile. cum sit velociter conterendum obliuiscentes qui modo no attendunt. Beatus autem Job consideracionem fragilitatis sue. etiam ex circumstantibz traheret. et ante oculos suos. vim sue desperacionis augeret. Non asellus interra que pene vbiq; muda reperitur. si in stercoleo sedisse describitur. In stercoleo ponebat corpus. ut ex terra sicca que est carnis substancia bene proficiens penderet animo. In stercoleo ponebat corpus. ut etiam ex loci fetore caperet. qd festine corpus ad fetorem redigeret. Ex ore tu beatus Job tot rerum damna sustinet. tot funeribz pignor. perussus dolet. tot volnera tolleret. Dum deaurentem famem testa radit. Dum per putredinem defluens insterquilinio residet. Iuueri iubet. quid e qd omips deus. quos tam sibi caros meterna conspicit. Tam vehemet quasi despiciens affligit. Ecce autem dum vbi Job volnera cruciatusq; considero. repente mentis oculos ad Jobum reduco. et non sine turbata admiracione pendo. quod ille plene pie mitra matris vteri implet. atq; ut ita dixerim. Prius qm nasceretur renatus. Ille amictus sponsi Ille quod inter natos mulierem maior nemo surrexit. Ille sit filia et plus etiam qm filia. Numquis miracere inuitus. et pro puelle saltatu capite truncatur. Et vir tante senectutis pro risu turpium morit.

Numquid nam credimus aliquid fuisse qd eius vita illa sic despecta mors terge-ret? Ex quo ille uel malo peccauit. qui locustas solummodo et mel siluestre edebat. Quid deo de qualitate siue termini deliquid. qui camelorum pylis corpus operuit. Quid de conuersacione sua offendere potuit qui de yeremo non recessit. quid illum loci-catus reatus polluit. qui disiunctus longe ab hominibz fuit. Quidd illi uel silencij culpa attingit. qua adse vementes tam vehementer increpauit dicens. Hemimma viperarum quis vobis demonstrauit fugere ab ira ventura? Quid est ergo qd Job dei testimonio profert. et tamen plactis vsq; ad sterquilinii sternit? Quid e quod Joannis dei voce laudat. et tamen pro temulentis verbis insultacionis premi moritur? Quid est qd omips deus sic vehementer in hoc seculo despicit. quos sic sublimiter ante secula elegit. nisi hoc quod pietati fidelium patet. Qui idcirco sic eos premit in infimis. quod videt quid venturi sunt in summis. Et foras vsq; ad despectacionem. quod intus vsq; admirabiles perducat. Hinc ergo vnusquisq; colligat quid illic sint passuri. quos reprobat. si hic sic amicat quos amat. Aut quo ferent. qui iudicio arcane-di sunt. si sic eorum vita premitur qui ipso iudice teste laudant. Sequit.

Dixit autem illi vxor sua. adhuc permanes in simplicitate tua. benedic deo et morere. Nunquis hostis huiam gemis duobus modis temptare consuevit. Vt videlicet corda stantium aut tribulacionibz frangit. aut persuasionibz molliat. In vtrisq; ergo contra beatum Job se vehemente exercuit. Nam prius patrifamilias intulit dampna rerum. orbauit prem morte filiorum. percussit in columen putredine volnerum. et putrescentem foras sanum adhuc interius stare conspexit. Et que exterius nudum

reddidit. hunc interius diciorem fieri
per exhibitam laudem conditoris illud.
Callide cogitans pensat. q contra se
adletha dei unde premitur inde sublevatur.
Victusq. ad subtilia temptandi
argumenta convertitur. Nam antiq
artis insidias repetit. Et q scit quo-
modo adam decipi soleat. ad evam re-
currit. Beatum enim Job. inter tot
rerum dampna. inter tot percussionum
vulnera. quem in quadam virtutum ar-
ce stare invictum vidit. In altum quippe
